

Wolfgang Musculus¹⁾ an Vadian.

Augsburg. 1546. Juli 14.

Er berichtet von der Stellung der Protestanten zum Kaiser und bittet um Bericht über das Verhalten der 5 Orte.

S. D. Occasionem ad Humanitatem tuam scribendi per civem hunc vestrum oblatam, virorum ornatissime, negligere non potui; nec dubito, quin boni consulas, quod primus officium hoc scribendi præsumo. Scripsissem iamdudum, nisi pudore quodam fuisse absterritus; sed ea sunt iam tempora, ut nolim velim pudorem hunc abrumpere cogar. Quæ hic gerantur, necesse non est, ut scribam, cum, qui has reddit, omnia coram viderit partim, partim audierit. 'O Καῖσαρι' incipit copias suas in unum contrahere. Nostri meo iudicio satis certe, si non nimium, cunctantur. Plurimi putant adhuc nomini τοῦ Καῖσαρος parcendum, cum omnia τὸν τυράννον (!) clamitent. Obsecro, scribe de conventu vestrorum, de quo boni quique plurimum sibi spei conceperunt. Timemus, ne Quinquepagani non satis Germaniæ, communis patriæ, necessitatem expendant, præsertim quoniam καὶ Καῖσαρι legationem ad hunc vestrum misisse conventum audiimus. Ignosce, virorum humanissime, quod rudibus hisce literis ad te scribere volui. Dominus conservet ecclesias suas detque illis mutuam et vere christianam συμπαθίαν. Bene in domino vale. Augustæ, 1546, 14. Iulii.

Wolfgangus δούλος, tuus ex animo.

Viro humanissimo pariter ac doctissimo D. Ioachimo Vadiano,
Sangallensium consuli, domino et amico in Christo plurimum
colendo.

¹⁾ Von *Wolfgang Musculus* (Müslin), 1497—1563, Prediger in Augsburg und Bern, sind drei Briefe an Vadian aus den Jahren 1546—1548 vorhanden; der dritte liegt in Bremen.